



confusio terminorum, qualis occurrit primo ex sensibilibus, pura linea est longitudo &c. non curans ad quod genus pertineat linea, num sit substantia, vel quantitas, sed cognita Geometria, & alius scientiis specialibus sequitur Met. de conceptibus communibus, ex quibus potest fieri reditio per viam divisionis ad inquirendum quidditates terminorum in scientiis specialibus, & tunc ex illis quidditatibus sic cognitis distinctius cognoscuntur principia scientiarum specialium.

Secundum dices habundantiam scientiarum ad Metaphysicam in evidentiis suorum principiorum auferre ab eis sufficienter certitudinem scientiis necessariam. Negatur contra, quia illa principia facta sunt per se nota in ea scientia, & solum ponit extrinsecam quandam fidem in ea demonstrationibus, & solum ponit extrinsecam quandam dependentiam pro defensione illorum principiorum notissima, quodlibet est, vel non est, Met. habet illa principia notissima, quodlibet est, vel non est, & impossibile est idem simul esse, & non esse, probat ex his principis aliarum scientiarum principia per reditum ad impossibile.

57. Tertium minus, vel privilegium Metaphysica est, quod caeteras omnes scientias superet certitudine, ac evidentiis, ita ex parte se docuit Arist. 1. Met. cap. 2. ubi proinde eam dignatur nominare sapientiam, & 4. Met. 2. inquit principia ipsa Mathematica ex principis Metaph. dependere in sua evidentiis, & certitudine, quam sententiam videtur circa ea loca passim Interpretes D. Thom. Scot. Alensis, Albert. & alii, deducere ex praecedentibus mutationibus, in quibus Metaph. aliarum scientiarum objecta, & principia, non ex communibus, ergo quia Met. tradit principia, caeteras ad docendum inceptor erit. Tum quia Dialectica est aptior ad docendum, quam Met. ut potest quae tradit instrumenta sciendi. Tum demum quia si est alius aptior ad docendum, caeteras scientias praecedere debet iuxta normam ordinis doctrinae, qui accommodatur captivi nostris, sicut hac ratione praemittimus Dialecticam.

56. Respondet Doctor 4. Met. in expositione tex. 4. ex illo eodem cap. lib. 1. Post. haberi, quod licet principia illa communia non ingrediatur demonstrationem secundum substantiam, ingrediuntur tamen secundum virtutem, pro quanto omnia principia particularium scientiarum firmantur per ea, & roborantur, imo subdit, quod si illa principia conerantur, & applicentur ad propria, sic aliquid secundum substantiam ingrediuntur demonstrationem, non quidem in sua communitate, sed contracta ad propria alicuius scientiae, & sic scientia utitur eis, quantum eis sufficit, & requirit eorum subiectum proprium, sicut exemplum ex Geometria; quae quandoque utitur principio illo ab aequalibus aequalibus lineis demas. Contra haec ipsum sic, si aequalibus lineis aequalibus lineis demas, quae remanent sunt aequales, & sic de aliis. Ad 2. Dialectica aptior est ad docendum, quam Metaphysica quoad modum, & formam, quia tradit instrumenta sciendi, non autem quoad materiam, & principia, per quae demonstrationes fiunt; Metaphysica namque tradit media, ac principia demonstrandi aliorum, & efficaciora, & magis priora, quam caeterae scientiae, & quoad hoc ipsa Log. dependet a Met. ut constat de illo principio dicitur de omni, & dicit de nullo, quo ad Dialectico prius omnis vis syllogistica. Ad 3. dicitur ex Scot. 1. d. 3. q. 2. N. utique servando ordinem naturae, ac in ordine distincte concipiendi Met. caeteras omnes scientias praecedere debere, quia nulla scientia ante Met. distincte novit principia sua, & naturam subiecti, sed tantum post Metaph. hanc distinctam cognitionem assequitur; & tamen servando ordinem doctrinae, qui attendi debet penes commoditatem nostri capus, & faciliorem nostrum intelligentiam modum, qui regulariter a sensibilibus incipit, & in ordine confusis cognoscendi, & posterioribus, & quia scientias speculativas distribuit Philosophus servando ordinem doctrinae, ideo Dialecticam praemittit Met. quia illa est facilior, & captui nostro magis accommodata, ut potest quae tractat de rebus sensibilibus, quae sunt cognitui faciliores; Dialectica vero omnibus praemittitur scientiis absolute loquendo, quia tradit instrumenta sciendi, in qua distributione servatur adhuc ordo doctrinae, etiam si logica non agat de rebus sensibilibus, ut physica, quia ut diximus disputatione prima logica, questione sexta, quando dicimus ordinem naturae a notioribus nobis incipere debere; per notiora nobis non debemus intelligere, quae solent contradistingi a notis naturae, quasi ordo doctrinae opponatur semper ordini naturae; sed per notiora nobis intelligenda veniunt, quae facilius aliis adfuerunt ab initio, vel si non adeo facilia sunt, & sensui propinqua, tamen ex eorum cognitione facilius aliorum cognitionem assequimur, & hoc pacto Dialectica praemittitur aliis scientiis servato adhuc ordine doctrinae, quia accipit instrumenta sciendi, quae nobis ab ea suppeditantur, facillime deinceps ad alias scientias asequendas praeparantur, quae sine illis praecipue, vel impossibile, vel valde difficulte foret acquirere.

54. Ad primam difficultatem neganda est consequentia, quia certitudo, & evidentiis rei absolute loquendo non debet attendi ex processu ad posteriora, & per effectum, quia hic processus non est in rigore scientificus; sed ex processu ad priora, qui est per causam, in quo processu quid res sunt a sensibus remotiores, & evidenciores, ac certior est earum cognitio, quia tunc dependet a principis magis universalibus, ex quibus colligatur, & magis necessaria, ac immutabilibus, ut hoc in loco notat Alensis; postea tamen concedi cum ipso, quod Met. sit minus certa, & evidens aliis scientiis loquendo de certitudine, quae oritur ex parte nostri, quatenus res a sensibus remotiores, ut sunt Met. difficultius cognoscimus, quia per plura procedendum est, hinc nihilominus inferre non licet esse absolute minus certam, & evidenciores caeteris, sed potius oppositum, tum quia certitudo scientiae hoc modo ex parte objecti pensanda est, non ex parte intellectus nostri, tum quia difficultas cognoscendi res ex parte intellectus nostri attendi debet, non ex parte objecti; Mathematica vero, & Physica utique sunt nobis faciliores, quia sensui propinqua; in multis tamen sunt incertiora, ut constat de Belyphi Luna, quae sine repugnancia esse posset ab alia causa praeter interpretationem terrae inter ipsam, & Solem. Dices; ergo haec scientia saltem, prout est in nobis, est minus certa, quam Mathematica, ergo simpliciter est minus certa, quia Metaphysica, de qua agimus, non est nisi in scientia simpliciter, & absolute ex parte objecti pensanda est, tum quia etiam Met. prout in nobis, sicut est aliis scientiis difficultior, ita & incertior; donec perveniamus ad eius principia, & eorum vim capiamus, tunc enim non solum in se, sed etiam nobis certior est aliis scientiis. Ad alteram objectionem negatur minor, quia ut inferius suo loco dicemus ex Scot. 2. Met. q. 2. difficultas cognoscendi non provenit ex parte objecti, sed ex imperfectione intellectus nostri, & ideo haec difficultas non infert incertitudinem in objectis secundum se consideratis, unde bene inquit Doctor loc.

cit. 1. Met. cap. 2. ubi hanc solvit objectionem, argumentum concludere solum, quod Met. ita est incerta, sicut est difficultis, est autem nobis tantum difficultis, & hoc eodem pacto est nobis tantum incerta non in se.

55. Quartum Metaph. minus est, quod sit aptior caeteris scientiis ad docendum, ita Arist. loc. cit. quod ex capite probat, quia docet per causas magis universales, & principia prima ratione primitiva sunt ab aliis causis, itaque a principis independentia, atque scientia in suis principis multoties a Met. dependet, unde sine alterius adminiculo exactam causarum cognitionem tradere nequeunt; ratione vero universalitatis ad plures conclusiones applicari possunt; Deinde probari potest ratione universalitatis objecti, ex hoc enim sequitur, quod possit Met. de omni re discurre, quia omnia saltem secundum rationes communes, & universales sub ejus objecto comprehenduntur, atque scientia id nequeunt praestare, quia determinatum genus entis considerant. Denique ut notat Doctor 6. Met. q. 1. in fine nulla scientia particularis habet exactam, & distinctam cognitionem sui objecti, sed tantum duntaxat, quanta sufficit ad attendendam rationem, per quam conveniunt illi passiones in ea scientia considerata; & solum per Met. acquiri particularis scientis notitiam distinctam sui objecti usque ad ultimum, & supra praedicatam; ergo est aptior caeteris ad docendum.

Obijcies contra, quae ex 1. Post. 24. principia prima, & communissima, quae dicuntur dignitates, non ingrediuntur demonstrationem, quae est causa scientiae quae demonstratio procedit ex propriis, non ex communibus; ergo quia Met. tradit principia, caeteras ad docendum inceptor erit. Tum quia Dialectica est aptior ad docendum, quam Met. ut potest quae tradit instrumenta sciendi. Tum demum quia si est alius aptior ad docendum, caeteras scientias praecedere debet iuxta normam ordinis doctrinae, qui accommodatur captivi nostris, sicut hac ratione praemittimus Dialecticam.

56. Respondet Doctor 4. Met. in expositione tex. 4. ex illo eodem cap. lib. 1. Post. haberi, quod licet principia illa communia non ingrediatur demonstrationem secundum substantiam, ingrediuntur tamen secundum virtutem, pro quanto omnia principia particularium scientiarum firmantur per ea, & roborantur, imo subdit, quod si illa principia conerantur, & applicentur ad propria, sic aliquid secundum substantiam ingrediuntur demonstrationem, non quidem in sua communitate, sed contracta ad propria alicuius scientiae, & sic scientia utitur eis, quantum eis sufficit, & requirit eorum subiectum proprium, sicut exemplum ex Geometria; quae quandoque utitur principio illo ab aequalibus aequalibus lineis demas. Contra haec ipsum sic, si aequalibus lineis aequalibus lineis demas, quae remanent sunt aequales, & sic de aliis. Ad 2. Dialectica aptior est ad docendum, quam Metaphysica quoad modum, & formam, quia tradit instrumenta sciendi, non autem quoad materiam, & principia, per quae demonstrationes fiunt; Metaphysica namque tradit media, ac principia demonstrandi aliorum, & efficaciora, & magis priora, quam caeterae scientiae, & quoad hoc ipsa Log. dependet a Met. ut constat de illo principio dicitur de omni, & dicit de nullo, quo ad Dialectico prius omnis vis syllogistica. Ad 3. dicitur ex Scot. 1. d. 3. q. 2. N. utique servando ordinem naturae, ac in ordine distincte concipiendi Met. caeteras omnes scientias praecedere debere, quia nulla scientia ante Met. distincte novit principia sua, & naturam subiecti, sed tantum post Metaph. hanc distinctam cognitionem assequitur; & tamen servando ordinem doctrinae, qui attendi debet penes commoditatem nostri capus, & faciliorem nostrum intelligentiam modum, qui regulariter a sensibilibus incipit, & in ordine confusis cognoscendi, & posterioribus, & quia scientias speculativas distribuit Philosophus servando ordinem doctrinae, ideo Dialecticam praemittit Met. quia illa est facilior, & captui nostro magis accommodata, ut potest quae tractat de rebus sensibilibus, quae sunt cognitui faciliores; Dialectica vero omnibus praemittitur scientiis absolute loquendo, quia tradit instrumenta sciendi, in qua distributione servatur adhuc ordo doctrinae, etiam si logica non agat de rebus sensibilibus, ut physica, quia ut diximus disputatione prima logica, questione sexta, quando dicimus ordinem naturae a notioribus nobis incipere debere; per notiora nobis non debemus intelligere, quae solent contradistingi a notis naturae, quasi ordo doctrinae opponatur semper ordini naturae; sed per notiora nobis intelligenda veniunt, quae facilius aliis adfuerunt ab initio, vel si non adeo facilia sunt, & sensui propinqua, tamen ex eorum cognitione facilius aliorum cognitionem assequimur, & hoc pacto Dialectica praemittitur aliis scientiis servato adhuc ordine doctrinae, quia accipit instrumenta sciendi, quae nobis ab ea suppeditantur, facillime deinceps ad alias scientias asequendas praeparantur, quae sine illis praecipue, vel impossibile, vel valde difficulte foret acquirere.

59. Ad primam probat solum Metaph. debere esse priorem aliis in ordine distincte cognoscendi, non autem secundum ordinem confusis concipiendi, qui sufficit ad ordinem doctrinae incipientem a cognitione rerum confusa, ut nobis magis prompta, & obvia; nec enim particularis scientis indiget cognitione omnino distincta, & exacta sui objecti, sed sufficit ut ex sensibilibus attingat illud confusis, scilicet quoad illam tantum rationem, secundum quam eis competunt passiones in illa scientia considerata, v. gr. sufficit Geometriae attingere quantitatem in eo concepti, quo mensurabilis est, & quia parum refert ei cognoscere, quod sit substantia, vel accidens, quia talis passio in Geometria considerata non convenit quantitati ea ratione, quae ens, vel accidens: sic etiam sufficit Physico cognoscere corpus naturale in eo concepti, secundum quem est mobile, & parum refert cognoscere secundum rationes universales entis, vel substantiae, quia non secundum tales rationes eis competit prima passio physica. Ad 2. etiam quoad ordinem doctrinae diversa est ratio de scientiis totalibus, & de particularibus contentis sub una totali, ut notant Tromb. 1. Metaph. questio. 10. art. 3. & Badius p. d. 3. questio. 2. in §. secundum de se, quia in coordinatione scientiarum totalium ordo doctrinae postulat, ut procedamus a magis particularibus, & sic inter illas Metaphysic. est ultima, sed in textura unitis scientiis totalibus scilicet Physicis, vel Metaphysicis, idem ordo doctrinae postulat (nam quoad hoc liber est, ac indifferens ut diximus disput. 1. Logic. questio. 6.) ut a magis universalibus progrediamur ad minus universalia; ratio discriminis est quia in eadem scientia totali incipimus a notitia subiecti, quae principia ter intenduntur, & cum tale subiectum sit commune omnibus

57. Dices, ergo eadem ratione ex vi ordinis doctrinae deberet Metaphysica omnibus scientiis praemitti, quia accipit universalissimis illis principis, & cognitio rationibus transcendentalibus in re quaecumque imbibitis, facilius valde paratur via ad alias scientias asequendas. Respond. ex Doctor citato, & 6. Metaphysic. questio. prima in fine negando consequentiam, quia principia communissima Metaphysic. non sunt necessaria ad asequendas veritates aliarum scientiarum, sicut instrumenta sciendi, quia particularis scientis accipit confusam

confusam notitiam subiecti sui ex sensu, & hoc supposito passiones offendit illi inesse, quas ex tali ejus notitia potest de ea offendere; similiter etiam Geometria v. gr. non utitur per principis per se notis; nisi illis, quae statim sunt evidentiis ex confuso conceptu terminorum, qualis occurrit primo ex sensibilibus, puta linea est longitudo &c. non curans ad quod genus pertineat linea, puta utrum sit substantia, vel quantitas, & talis notitia sufficit Geometriae, ut possit suas conficere demonstrationes quantum facta est ad illam scientiam.

Caeterum Hurst. disp. 1. Metaph. sec. 9. in fine, & sicut Aver. quaest. 30. loc. loc. ut. contendunt Metaphysicam in ea parte, quae agit de ente, & aliis omnibus praedicatis simpliciter, & absolute loquendo servando etiam ordinem doctrinae debere praepo. Physicam, quod probat primo ea generali ratione, quod cognitio partis praedicat cognitionem totius, ut praedicata communia sunt partes Metaph. inferiorum, ergo haec scientia cognoscit nequeunt fine illis. Tum quia hic ordo de factis observatur in Physica, quae primo tractat de corpore naturali in communi, & postea de ejus speciebus, & servatur etiam in eadem Metaphysic. quae primo tractat de ente, & aliis praedicatis communibus, quae de substantia, & accidentibus, de Deo, & Angelis, Tum 3. quia Physica tractat de essentia, & existentia materiae, & forma; disputat nam illis conponit substantiam, quomodo competat toti composito, & hanc autem facit agnoscere non potest, nisi supponat notitiam essentiae, & existentiae, & substantiae in communi ex Metaph. Tum 4. quia hac ratione factum est, ut in logic. quae Physicam praemittitur, tractetur de praedicamentis, ut nempe praemittatur Metaph. ex ea parte, quae agit de gradibus generalissimis entis. Tum tandem quia fundamentum oppositae sententiae, solum est, parum enim refert, quod res Metaphysic. sint difficultiores, ac a sensibus remotiores, quia Logica inter omnes scientias primo loco ponitur, & tamen non agit de rebus adeo sensu subiectis, ut Physica, immo non est facilior, quam Metaph. ipsa, & certe Physicis difficultior; non ergo debet haec difficultas servato etiam ordine doctrinae locum primum auferre Metaph. unde concludunt, quod si Physica de factis praeparatur Metaph. ex hac parte, non est usus, sed abusus omnino a scholis extrinsecus.

58. Nihilominus quamvis rationes istae spernenda non sint, oppositum tenendum est, tum quia ordo doctrinae ita postulat, ut incipiamus a notioribus nobis, & faciliores; talia autem sunt res rursus abstractae, & minus universales, de quibus ait Physic. tam quia ista usus non obtinuit, quomodo enim per tota facula, ut inquit Pasqualig. disputat. 13. lect. 5. numer. 5. prius tractata sunt semper Physica quam Metaphysica, nisi facilius ipsa perciperetur, & argumentum ab experientia ductum valde urget in hac materia, ut D. August. docuit lib. 2. de ordine, neque hic aliovis dici debet, quia peritiores in arte, etiam Arist. ipse, has scientias in hunc modum disposuerunt, & ideo hanc appellarunt Metaphysicam quasi trans Physicam, vel post Physicam, itaque hic est ordo, ut docet Doctor 6. Metaph. questio. 1. in fine, & 1. d. 3. questio. 2. sub lit. N. inrellibus nos in iis adfendendis confusum sensibile primo intelligit, & in illo impetere communissima deinde illa communissima percipit, & distincta notitia per Metaphysicam, & tandem ex Metaphysica redit per viam divisionis ad inquirendum quidditates terminorum in scientiis specialibus, unde parum considerat erubuit Auerl. cit. Doctori quod 1. sentent. d. 3. cit. questio. 2. priorem locum ordine doctrinae dederit Metaphysicam, immo ibi Avicennam commendat, quod posuerit Metaphysicam ultimam in ordine doctrinae, & primam in ordine sciendi distincte.

59. Ad primam probat solum Metaph. debere esse priorem aliis in ordine distincte cognoscendi, non autem secundum ordinem confusis concipiendi, qui sufficit ad ordinem doctrinae incipientem a cognitione rerum confusa, ut nobis magis prompta, & obvia; nec enim particularis scientis indiget cognitione omnino distincta, & exacta sui objecti, sed sufficit ut ex sensibilibus attingat illud confusis, scilicet quoad illam tantum rationem, secundum quam eis competunt passiones in illa scientia considerata, v. gr. sufficit Geometriae attingere quantitatem in eo concepti, quo mensurabilis est, & quia parum refert ei cognoscere, quod sit substantia, vel accidens, quia talis passio in Geometria considerata non convenit quantitati ea ratione, quae ens, vel accidens: sic etiam sufficit Physico cognoscere corpus naturale in eo concepti, secundum quem est mobile, & parum refert cognoscere secundum rationes universales entis, vel substantiae, quia non secundum tales rationes eis competit prima passio physica. Ad 2. etiam quoad ordinem doctrinae diversa est ratio de scientiis totalibus, & de particularibus contentis sub una totali, ut notant Tromb. 1. Metaph. questio. 10. art. 3. & Badius p. d. 3. questio. 2. in §. secundum de se, quia in coordinatione scientiarum totalium ordo doctrinae postulat, ut procedamus a magis particularibus, & sic inter illas Metaphysic. est ultima, sed in textura unitis scientiis totalibus scilicet Physicis, vel Metaphysicis, idem ordo doctrinae postulat (nam quoad hoc liber est, ac indifferens ut diximus disput. 1. Logic. questio. 6.) ut a magis universalibus progrediamur ad minus universalia; ratio discriminis est quia in eadem scientia totali incipimus a notitia subiecti, quae principia ter intenduntur, & cum tale subiectum sit commune omnibus

60. Quintum minus nonnulli adscribunt Metaph. quod tradit instrumenta sciendi, illudque deducunt ex praecedenti, nam si est caeteris scientiis aptior ad docendum, id utique erit, quia tradit instrumenta sciendi, nam talis aptitudo ex hoc capite praerferri attendi debet, alioquin Log. aptior esset ad docendum, quam Met. Tum quis, est Dialecticus doceat definire, devidere &c. non tamen ex propriis principis valet haec instrumenta declarare, & rationem reddere a priori, sed solum quod ad finem; ad Met. autem spectat prius eorum radices, & causas detegere, nam de finitio scientiam rei manifestat, sed declarare quod quid est, ac rationem essentiae, minus est Met. Divisio rerum confusum eliminat distinguendo, sed de rerum distinctionibus agere de eodem & diverso ad Met. spectat; Argumentatio tandem omnem finem virtutem in illis fundat principis. Non potest idem finem, vel eodem affirmari, & negari; Quae sunt eadem uni tercio, sunt eadem inter se, sed haec principia sunt Metaphysic. propria, ergo ejus minus est haec instrumenta tradere, ac eorum rationem a priori explicare.

nibus consideratis in scientia, ejusque veritates, ac principia virtualiter contineat, opus est, ut universalis consideratio de iplo procedat contemplationem specierum; sed in tota coordinatione scientiarum totalium non habetur in unaqueque distinctissima notitia cognoscibilium ad eam praedicatum ante Metaph. sed habetur distincta secundum quid scilicet sicut possibile est haberi in tali scientia specialia, v. gr. Matematico scire sufficit, quod numerus est quantitas diversae, non continua, ad hoc autem sciam numerum esse parum, vel imparum, & minime refert, quod cognoscit esse substantiam, vel accidens; ita dicebamus disput. 6. de Anim. questio. 8. numer. 240. Ad 3. concedimus ex infirmitate docentis in Physica quaedam pertrahari, quae proprie & ex natura rei spectant ad contemplationem Metaphysicam, & tales praerferuntur sunt quaestiones illae de existentia materiae, & forme, de substantia compositi &c. quare haec ibi indirecte miscetur, quatenus conferunt ad intelligentiam eorum, quae directe spectant ad Physicam contemplationem, ut sunt materia, & forma, quatenus sunt principia motus, immo ex abusu docentium, aliqua & quibusdam tractantur in Physica, quae non solum directe ad eam non spectant, sed minime juvant ad intelligentiam eorum, quae ibi directe tractantur, quidam enim insulsi movent in 1. Phys. quaestiones de primo cognito, de univocatione entis, & similes, quae toto Caelo distant a tractatu de substantia rerum naturalium, & ex abusu, & nimia Auctorum licentia non bonum deducitur argumentum. Ad 4. jam Hurst. ipse, qui illius est opinionis tractatum praedicamentorum a Logica ablegavit, & de illis tractat solum in Metaphysic. quo autem sensu possit de illis tractare Logica ab ipso praerjudicio Metaph. & ab ipso eo quod saltem mittam in messem alienam, num. 57. didum est, quare Logica, est hoc difficultis, omnibus scientiis praemitti debet etiam ipsi faciliores, quia tradit instrumenta sciendi iuxta Arist. praereceptum 2. Metaph. 5. dum dixit absurdum esse simul quaerere scientiam, ac modum sciendi, quae de causa hanc scientiarum dispositionem postulat impletur ordo doctrinae, quia instrumenta sciendi per Logicam comparatis, faciliores deinceps nobis sternitur via ad alias scientias, qui est unicus scopus ordinis doctrinae; qui praecipit ut caeteris paribus a faciliores inchoetur; ubi vero necessitas urget, non faciliores, sed necessaria praemittenda esse, sine quibus aliorum cognitio comparari non potest. Insuper quamplures afferunt difficultatem Logicam non oriri ex intrinseca ejus natura, sed de causis extrinsecis, ut refert Amicus tract. 1. Log. qu. 2. dub. 3. art. 3.

60. Quintum minus nonnulli adscribunt Metaph. quod tradit instrumenta sciendi, illudque deducunt ex praecedenti, nam si est caeteris scientiis aptior ad docendum, id utique erit, quia tradit instrumenta sciendi, nam talis aptitudo ex hoc capite praerferri attendi debet, alioquin Log. aptior esset ad docendum, quam Met. Tum quis, est Dialecticus doceat definire, devidere &c. non tamen ex propriis principis valet haec instrumenta declarare, & rationem reddere a priori, sed solum quod ad finem; ad Met. autem spectat prius eorum radices, & causas detegere, nam de finitio scientiam rei manifestat, sed declarare quod quid est, ac rationem essentiae, minus est Met. Divisio rerum confusum eliminat distinguendo, sed de rerum distinctionibus agere de eodem & diverso ad Met. spectat; Argumentatio tandem omnem finem virtutem in illis fundat principis. Non potest idem finem, vel eodem affirmari, & negari; Quae sunt eadem uni tercio, sunt eadem inter se, sed haec principia sunt Metaphysic. propria, ergo ejus minus est haec instrumenta tradere, ac eorum rationem a priori explicare.

Sed jam pridem disp. 1. Logic. ostendimus esse proprium, & peculiare munus Dialectici tradere de definitione, divisione, & argumentatione, quatenus sunt instrumenta sciendi, & de definitione diximus ibid. qu. 4. quod quamvis ut importat rei quidditatem, ad Metaph. spectat, nam actinet ad eum disputare de conceptibus transcendentalibus, qualis est conceptus ipsius quidditatis, quae ratione de illa agit Arist. 7. Meta. tamen ut est instrumentum sciendi, & medium in demonstratione pertinet ad Logicum, & de illa sub hac ratione agit Arist. 2. Post. Divisio pariter, ut instrumentum sciendi, pertinet ad Dialecticam, quae ejus leges, & praercepta tradit; sed quia in rerum distinctione, ac oppositione radicatur, de quibus agit Metaphysicis, dici potest, quod quamvis formaliter ad Logicam pertineat, fundamentaliter tamen spectat ad Metaph. & Metaph. utique dividit, & distinguit gradus sub ente, & prima ejus genera, sed leges, & praercepta bonae divisionis habentur a Dialectica. Demum de argumentatione res est difficultior, quam probatione indigeat, quod est omnino propria Dialecticae, & quamvis Metaph. per sua illa prima principia roborer, & confirmet principium illud Log. cui proximè virtus omnium syllogistica nititur dicit de omni, & dicit de nullo, non inde sequitur hoc praecipuum sciendi instrumentum spectare ad Metaph. sed alio modo juvari ab ea, sicut etiam, & alia duo instrumenta Sciendi Definitio, & Divisio, ut adnotavit Suarez disp. 1. Metaph. sect. 4. num. 26. & in 4.

61. Ad 1. rationem in oppositum jam diximus num. 55. quo pacto Metaph. dicatur apta, & valde idonea ad docendum, quia nimirum tradit principia universalis, & ineluctabilia, quae demonstrationes fiunt, non autem quae tradit instrumenta sciendi. Alia ratio probat solum definitionem, divisionem, & argumentationem ad Metaph. spectare materialiter, & fundamentaliter, quae tractat de quod

de quod quid est, quod quidem est materia definitionis, de distinctionibus, & sumis rerum generibus, quae sunt praecipua materia divisionis, & de primis illis principis, ad quae reducuntur principia regulativa argumentationis; non autem probat, quod scilicet formaliter, quatenus sunt instrumenta sciendi, nam leges ac praecipua bonae definitionis, divisionis, & argumentationis a Logica habentur, non a Metaphysica.

Sextum privilegium, quod inter ceteras scientias obtinet Metaph. & ei tribuit Arist. 1. Metaph. cap. 1. est, quod inter omnes scientias maximè appetatur, & probatur, quia omnes homines natura scire desiderant, cum scientia sit excellens hominis perfectio; ergo maximam scientiam, qualis est Metaph. summè desiderant, sicut à pari homines diligunt sensus externus, & inter eos maximè visum, quia per sensus, & maximè per visum rerum notitiam consequuntur. Occurrit tamen hic difficultas, an id intelligendum sit de appetitu innato tantum, qui est pondus ipsius naturae in perfectionem sibi consentaneam, & convenit omnibus rebus tam animatis, quam inanimatis, & convenit etiam de appetitu elicitivo, vel ut alij loquuntur, innativo, qui in homine est appetitus rationalis, de qua distinctione duplicis appetitus diximus disputat. 1. Phys. quae 5. ab initio; Scotus. passim in Metaph. quae 2. ab initio hoc intelligi debere de appetitu naturali duntaxat, non autem de elicitivo, ita Ant. And. ibid. Faber disputat. 6. & alij dicentes hanc esse mentem Doctoris in eodem loco; Suarez autem disputat. 1. Metaph. sec. 6. cum multis alijs ajunt intelligi etiam posse, & debere de appetitu elicitivo, quia etiam hoc appetitu homo appetit naturaliter suam perfectionem, & felicitatem, quae per Metaph. praesertim comparatur ex ea parte, una Deum spectantur. Et hanc secundum dicendi modum probabiliorè censent, quidquid alij Scotus reclamant, quia non tantum ex pondere naturae inclinatur homo in perfectionem, quam per scientias acquirat, verum etiam quando per appetitum rationalem elicit actum desiderandi conformem naturali inclinationi, dici potest naturaliter scientiam appetere, non in eo sensu, ut naturalitas in toto rigore sumatur, ad excludendam scilicet libertatem omnimodam, appetitus elicitivus, & adus elicitivi, sed ad excludendam tantum libertatem specificationis, sive contrarietatis, quam non habet rationalis appetitus circa hominum, & felicitatem, ut diximus disputat. 7. Phys. quae 1. art. 2. & disputat. 7. de Anim. quae 5. num. 99. non autem libertatem contradictionis seu exercitii, de qua duplici libertate diximus disput. 7. cit. de Anim. quae 12. numer. 12. & 13. tali igitur actu elicitivo dicitur homo naturaliter scientiam appetere, quia appetit necessario necessitate specificationis, quatenus non potest resistere, & abhorere scientiam, ut eius perfectio, & felicitas est, licet ex alio capite possit eam negligere, & averari, quatenus nempe ardua, & difficultas est, ita manifestè significat Doctor, dum in solutione ad quartum, quod erat, quia aliqui desiderant ignorare, cum detur ignorantia affectata, inquit voluntatem in nobis fieri posse contra inclinationem naturalem, nunquam tamen per se voluntas vult non scire, sed per accidens, quia aliquid aliud vult magis actu elicitivo, ut pigritiam, vel ut remouit conscientiam, quam scire aliquid, ad quod est inclinatio naturalis; ita Doctor, quibus verbis, ut etiam ibi adnotavit P. Cavellus schol. 3. inquit voluntatem non posse velle ignorantiam, nisi ratione alicujus adjuncti convenientis, ex quo directe sequitur hominem velle scire necessario necessitate specificationis, non exercitii; neque unquam id negat Doctor quae 11. licet affirmet propositionem illam Arist. intelligi praesertim de appetitu naturali; Et Aristot. ipse in probatione suae conclusionis, dum ex sensum dilectione, & amore colligit in nobis naturalem scientiam appetitum, loquitur etiam de actu elicitivo, quia amor, & dilectio proprie significat actum elicitum ab appetitu; & sic etiam loquitur Doctor in prolog. q. 9. Metaph. ubi appetitum elicitum vocat desiderium accidentale.

62. Sed cum Scotus obicit propositionem illam de appetitu elicitivo intelligi non posse, quia appetitus rationalis est formaliter liber, at appetitus, quo omnes homines natura scire desiderant, est naturalis, quia tunc ponit non desiderare scire, & sic illa propositio non esset necessaria, sed contingens ergo &c. Deinde probatur contra, non posse intelligi de appetitu innato, quia in re indivisibili non est assignare magis, & minus; sed appetitus naturalis hominis ad scientiam consistit in indivisibili, quia est ipsamet natura intellectus humani, non autem accidens ei realiter superadditum inextensibile, & remissibile, cum ergo Aristot. loquatur de appetitu habente latitudinem graduum, qui est maximus ad Metaph. & minor ad alias scientias, palam est quod non loquatur de appetitu naturali, sed elicitivo.

Respond. ad 1. quod appetitus, quo homines natura scire desiderant, non solum est naturalis, sed etiam elicitivus, cumque hic sit actus appetitus rationalis, qui est liber, verum est, quod possit suspendi, & contra homo non desiderat scire, non tamen potest adum oppositum elicere nempe resistere, & abhorere scientiam, & ideo illa propositio ex hoc capite non est contingens, sed necessaria, quatenus actus ille elicitivus desiderandi scientiam est elicitivus necessitate specificationis, licet non exercitii; Neque hinc sequitur voluntatem ree potentiam naturalem, non liberam, ut legitur Faber inculcat, & insat. Quia ut diximus disp. 7. ci. de An. quae 2. libertas creata, non consistit in indifferentia contrarietatis, sed contradictionis, & exercitii, & actum, quo appetimus scire, appellamus naturalem, non in rigore, sed quia est necessa-

rius necessitate specificationis, & conformis naturali inclinationi intellectus. Ad aliud concedit Hurtad. disp. 1. Metaph. 5. 222. appetitum innatum in homine esse aequalem ad quamvis scientiam ob rationem allatam, at tamen quod metaphysicè potest dici major ad hanc propter dignitatem ejus objecti, & modum illud attendendi; Sed jam disputat. 2. Phys. quae 6. art. 2. num. 133. declaravimus, quod sensu possit admitti magis, & minus etiam in appetitu naturali.

63. Septimum tandem munus, & privilegium Metaph. est, quod praestit. & imperat omnibus alijs scientijs; ita docuit Aristot. 1. Metaph. c. 2. & 1. Post. cap. 7. text. 23. ubi per scientiam omnium dominam, ut ibi omnes exponunt, intelligit Metaph. dicitur autem alijs praesidere, non quidem modo pratico quasi illas ad opus ordinando, & dirigendo, quia ut videbimus quae fecit scientia omnino theoretica, sed speculativo modo, tum scilicet ratione dignitatis, & excellentiae, quae omnibus supereminet ratione principalis objecti, tum ratione universalitatis, quam possidet ratio principalis objecti, quod ex natura sua est quid primum, & superius ad objecta aliarum scientiarum, tum ratione primi, & secundi muneris jam explicati, distribuendi scilicet objecta aliarum scientiarum, ac earum principia confirmandi, quae important quandam praesidentiam supra ceteras scientias, per quam quodammodo illas sibi subdit, an vi autem hujus imperii, & praesolationis in ceteras scientias, illas quoque sibi habeterner, quaestione sequenti exami-

Hinc aliqui duplicem rationem distinguunt in Metaph. una est scientia particularis, alia est communis, quatenus alijs scientijs praestit. & imperat; primam appellant doctorem, alteram imperatorem, hancque duplicem Metaph. acceptionem probant ex similitudine Logicae, quae simili quadam ratione in doctorem, & utentem dividit, quatenus enim est scientia particularis, ut scilicet faciens demonstrationes, tradens regulas, ac praecipua didicendi, dicitur Log. docens, quatenus autem alijs scientijs imperat, per applicationem instrumentorum sciendi, dicitur Log. communi, & utens, quia ratione dicitur Aristot. 4. Metaphysic. text. 7. ad invicem comparat Metaphysicam, Dialecticam, & Sophisticam, quod ibi tres habitus non contenti proprijs limitibus circa totum ens negotiatur, & sub hac ratione voluit Metaphysicam considerare rerum omnium singularitates in particulari tam rerum immaterialium, quam materialium, ut nimirum est communis ars, alijque scientijs, & artibus praestit. unde tam Dialectica, quam Metaphysica per omnium scientiarum ditiones vagantur, & spantur, hanc quidem ut dominam, illa vero, ut famulam, & ancillam; quem dicendum amplexus est Meurisse quaestione 5. proem. Metaphysic. ut liberè delenderet posse Metaphysic. in aliquo sensu contemplari omnium rerum singularitates in particulari, quod si fieri obicit non posse scientiam transgredi obiectum suum, & extra proprium abstrahendi modum exorbitare; per eandem respondet distinctionem; id verum esse de Metaphysica, ut particularis scientia est, non verò de communis, & universalis.

64. Sed illi dubio procul abutuntur hoc Metaphysicè privilegio, illudque amplius extendunt, quod Metaphysicè natura naturae, quia Metaphysicè non alia ratio dicitur scientia universalis, nisi ratione sui objecti abstrahitissimi, & universalissimi, & quia principia declarat universalis, & prima, quibus potest alias coadiuvare scientias; cum ergo objecta materialia, ut sit, non continentur sub ratione formali objecti scilicet, sub qua ens consideratur à Metaphysic. ex vi cujus abstrahit ab omni materia, etiam ut scientia universalis nequit rerum omnium singularitates in particulari considerare. Tum quia si id munus obire possit, ut scientia universalis, tunc adhuc omnia sequebantur absurda, quae supra quae 3. intulimus contra defendentes Metaphysicam esse rerum omnium in particulari contemplatricem, praesertim quod aliae scientiae penitus superfluerent, parum enim ad hoc refert, quod Metaph. hoc munus gerat, ut scientia universalis, vel particularis. Deinde distinctio ista Metaphysicè, in universalem, & particularem, est proflua vana, & sine fundamento, quia Metaphysicè in suo esse particulari, & ut ab alijs consideranda, involvit quod sit universalis; quia in suo esse particulari, & ut ab alijs distincta contemplatur ens, ut obiectum, ratione cujus contemplationis dicitur universalis, quod ergo non potest, ut scientia particularis; nec etiam poterit, ut universalis, cum sub utraque consideratione idem semper habeat obiectum, & consequenter eodem limite, quod transire non potest. Denique paritas assumpta ex logica non valet, quia illae duae rationes non distinguuntur ex natura rei in Metaphysicè habitu, tamquam duae partes eius re ipsa distinctae, sed ad summum sola consideratio, & praecipua abstrahitio nostra per inadecuatos conceptus, verum logica docens, & utens important habitus realiter inter se distinctos, & specie ab invicem diversos, ut diximus quo proem. logic. art. 2.

Possit quam Logica nostra in lucem edita, est hunc dicendi modum de reali distinctione logicae docentis, & utentis impugnavit Poncius Scotus recens, licet non recitari merito, disputat. 2. logic. quaest. 6. num. 50. quia eo ipso, quo cognoscitur, quomodo syllogismus in quocumque modo, & figura fieri debeat, quod est manus logicae docentis, facilitatur ad sciendum syllogismus in quocumque modo, & figura, ergo idem habitus logicae docentis, exercet sufficienter manus, quod nos attribuimus habitui log. utentis.

utentis, nimirum reddere promptum, & expeditum intellectum ad sciendum syllogismus, quod etiam confirmat, quia logica utens est, quae inclinatur ad faciendum syllogismus, sed Logica docens, sic inclinatur, impossibile enim est, quod qui cognoscit, quomodo syllogismus fit sciendus, non facilius per talem cognitionem ad eum sciendum.

65. Verum necessitate realis distinctionis Logicae docentis, & utentis ibi aperte monstravit ens diversis capitibus, & praesertim ex communi natura, & conditione omnium facultatum organiceum, quae omnes talis sunt naturae, ut quaelibet dividatur in doctorem, & utentem, ut constat de fructu factiva, medicina, scilicet, &c. Et responso Ruyj, quia utitur hic Auditor, ubi sufficienter impugnat, & negat enim confes; quia in illis artibus non est eadem potentia sola, quae cognoscit, quomodo alius illi sunt faciendi, & quae facit illos alius, non patet, unde plures habitus ponuntur, unus ad determinandum unam potentiam, alter ad alteram, secus autem est in proposito, quod est eadem potentia, nempe intellectus, quae cognoscit quomodo faciendus sit syllogismus, & qui ipsum facit; nec habet difficultatem aliquam in confessione syllogismi, quando cognoscit quomodo debeat fieri praeter difficultatem, quae oritur ex defectu cognitionis materiae quam difficultatem tollit scientia, in cujus materia fit syllogismus; immò ex illis exemplis scriptoriae, medicinae &c. solutionem hanc confirmat, quae ex parte intellectus non ponitur alius habitus in arte pictoria ad pingendum distinctus ab illo, quo determinatur ad cognoscendum, quomodo pingi debeat, ergo nec ex parte intellectus non debent duo habitus, quorum unus determinat ad cognoscendum, quomodo syllogismus debeat fieri, & alter ad sciendum syllogismus. Haec, inquam, solutio sufficienter ibi est impugnata, quia vera adducit non eandem pro causa, non enim verum id ideo in illis artibus geminari habitus docentem, & utentem, quia non est eadem potentia, quae regulas cognoscit, & quae illas applicat, & applicat ad opus, ut ait Poncius, quia medicina dividitur in utentem, & doctorem, & tamen est idem intellectus, qui regulas, & medicos canones cognoscit, & eas exequitur ac applicat ad opus dum hoc vel illo modo medicinas ordinat, & pharmacia; idem est de Rhetorica, & Grammatica, & in arte saltatoria, si quis haberet membra naturaliter ad saltandum disposita valde, sufficeret illi sola saltatoria docens, nec esset habitus alius necessarius in membris, etiam si haec potentia executiva sit diversa ab illa, quae cognoscit, quomodo saltus sint faciendi, quia non diversitas potentiae diversitatem habitus requirit, sed nova difficultas, siue haec in eadem, siue in diversis potentia reperitur, quare cum intellectus etiam sufficienter imbutus praecipit logicis de sciendum syllogismus sentiat ad huc ab initio difficultatem in applicandis illis regulis ad opus, ut ibidem solide demonstramus ex ipsa experientia, alter habitus distinctus erit illi concedendus ad tollendam hanc novam difficultatem, quia ut diximus necessitas habitus ex difficultate potentiae ad aliquid operandum definitur, non ex diversitate potentiae. Nec est, cur ad eundem modum num. 64. habeat experientiam neget in Tyrionibus, qui regulas Logicas maximè callent, sed quia adhuc sunt inexerti, & inexercitati, & difficultate in sentiunt in sciendum syllogismus etiam e ipsi rebus Logicibus. Quia si hanc Tyrionum experientiam non admittit, revincam eum experientia provektorum, nam optimus Philosphus, vel Metaphysicè promptè, & expeditè argumenta conficit ex frequentu usu syllogizandi, nec distinctè, & exactè recordatur praecceptorum Logicae, & sumularum, unde si de illis examinatur, non ita promptè respondebit, ut promptè conficit syllogismus in Philologia, & Metaphysica. Quod etiam contingit de Grammatica; nam provektoribus melius latine loquuntur, quam pueri, & tamen illi melius recordantur regularum grammaticarum; hoc autem accidit, quia illi habent intentionem Grammaticam utentem, quam illi. Neque exempla afferunt, quia ideo in illis artibus non geminari habitus docens, & utens in intellectu, quia directio, & executio non pertinent ad eandem potentiam, sed diversas, cum ergo in proposito haec munera ad eandem pertineant potentiam, scilicet intellectum, erunt in eo geminandi habitus docens, & utens, quia unitas, vel geminatio habitum ut diximus, non ex diversitate potentiae deduci debet, vel unitate, sed ex diversitate munerum.

66. Deinde ibi arguebamus, quod ad usum logicae multiplicati generant aliquid habitum, & eum genitum augent; sed non generant, nec augent habitum docentis Logicae, quia non sunt scientifici, ergo habitum diversum, quia si essent idem habitus, per actum Logicae utentis deberet augeri habitus docentis, habitus enim omnia augetur per suos actus. Respondet hic Auditor negando consequentiam cum probatione, quia non debet habitus augeri per actus alios, quam per illos, qui eliciuntur ab ipomet, confectio autem syllogismi non fit ab habitu Logicae docentis elicitivo, sed regulativo, & directivo, unde non debet augeri per illum confessionem. Contra, si regulative duntaxat & non elicitivo, actus logicae utentis procedunt ab habitu logicae docentis; quare à quo habitu elicitivo, & Physicè actus isti procedunt, nam à habitu aliquo praesertim in vitro provektor actus illi hoc modo, id est elicitivo, & Physicè procedere debent; si ita procedunt ab habitu logicae docentis, ergo ipsum augent, quod negabatur; si ab alio habitu diverso, hic erit habitus Logicae utentis realiter diversus ab habitu docentis, utentis.

quod intendimus. Tandem hinc Auditor tenet ibidem, quod & si habitus docentis, ac utentis Logicae sint idem, adus tamen hujus, & illius sunt realiter distincti, & specie diversi, sed ex hoc sufficienter deducitur etiam ipsorum habituum diversitas, quia habitus specificantur ab actibus, unde actus specie distincti ab eodem habitu requerunt provenire, & eodem argumento ipse utitur infra eadem disputat. 2. numer. 100. Respond. adus specie diversos provenire posse ab eodem habitu, quando unus ex ipsis procedit ab illo elicitivo, alter vero directivo, quemadmodum in proposito contingit, ut patet ex adibus omnium virtutum moralium, qui procedunt ab habitu prudentiae, cum tamen distinguantur specie ab actibus ipsiusmet prudentiae, unde ad probationem consequentiae ait habitus specificari ab actibus elicitivis, non verò ab imperatis, & his, qui directivè tantum, & regulativè ab ipso procedunt. Contra quia argumentum non urget de processione actus ab habitu in genere moris scilicet regulativè, & directivè, sed in genere Physico nimirum elicitivè, cum igitur in hoc genere nequeat actus specie diversi ab eodem habitu provenire, taleque sint adus logicae docentis, & utentis, ut Auditor ille concedit, plane fatendum est, quod elicitivo, & in genere physico a diversis procedunt habitibus; Idque eodem exemplo Prudentiae respectu actuum moralium virtutum confirmatur, quia actus verbi grat. temperantiae, & prudentiae regulativè tantum, tamen in genere physico procedunt à diversis habitibus, seu à diversis habitibus eliciuntur; ita ergo erit in proposito, quod licet in genere moris (ut ita loquar) possit actus logicae utentis ab eodem habitu regulativè procedere, à quo Physicè, & elicitivè procedit actus docentis, tamen in genere physico assignandi sunt duo habitus realiter distincti.

Fundamentum ejus factis loc. citat. logic. diluimus, quia logica docens idealiter tantum, & regulativè facultat nos ad syllogizandum, quatenus intellectus, quo magis imbutus est praecipit logicalibus minus exponitur erroribus in arguendo; non tamen Physicè, & realiter, quo pacto facilitatur ab ipso habitu logicae utentis, non docentis, quia quantumvis Tyro regulas calleat logicas, semper ab initio aliquam patitur difficultatem, quousque per exercitium tollatur, sicut è contra provektor per logicam utentem facillimè, & promptè syllogizat, etiam si reciter non recordetur sumularum. Et ad Conf. eodem modo occurrit, quod non eodem modo inclinatur ad syllogizandum logica docens, & utens, quia haec inclinatur Physicè, & realiter, illa idealiter tantum, & directivè.

QUESTIO IV.

De Natura, & Qualitate Metaphysica.

67. PRIMO Dubitatur, an Metaphysicè sit scientia, non enim deservit, qui dixerit non esse proprie scientiam, pro ut scientia definitur 1. Post. sed solum dici scientiam, ut nomen scientiae extenditur ad notitiam, quae habetur de propositionibus immediatis; ita sensisse videtur Tat. 1. Metaph. quae unic. not. 2. ubi namque docet non omnem scientiam esse per demonstrationem, & Metaph. esse scientiam; quae habetur de propositionibus immediatis, primive principijs. Alij quidam Scotus ex parte huius opinionis adhaerent dicentes Metaph. non esse scientiam ratione subiecti universalis, id est ex ea parte, qua agit de ente, suis passionibus, aliisque transcendentibus, quia ens inquantum ens, cum non sit desinibile non habet passiones de ipso demonstrabiles, sed solum de ipso immediate enunciatas ergo cognitio huius objecti non potest esse scientia, ut definitur 1. Post. sed solum dicitur scientia, ut nomen scientiae extenditur ad notitiam, quae habetur de propositionibus immediatis; addunt tamen esse scientiam ratione obiecti principalis, qui est Deus, & ratione partium subiectivarum ipsius entis, quia talium passiones sunt demonstrabiles de ipso per suas definitiones, ita significavit Barg. quest. 7. prologi in 5. sententia principaliter, & in propria de hoc quae impressa habetur post Ethicam in quibusdam Tat. voluminibus tenetque Vigerius 1. d. 39. & seq.

Dicendum tamen est Metaph. universè sumptam, tam prout agit de ente, quam de partibus ens subiectivis, esse verè, & proprie scientiam definitam 1. Post. c. 2. cujus conditiones explicuimus disputat. 12. log. quae 1. est communis conclusio in omni Schola, omnique dubitatione vacat, & probatur evidenti ratione, quia ut aliqua facultas sit scientia proprie dicta de 1. Post. sufficit ut habeat obiectum, quod habeat propria principia, propriaque passiones de ipso per ea demonstrabiles; talis autem facultas est Metaph. ergo &c. Probatur minor, quia ut constat ex inferius dicendis, ens habet propria principia, si non essent, fore intelligendi, habet etiam passiones verè de ipso demonstrabiles per ipsam rationem entis, & adhuc cum majori rigore alias demonstrat, necesse est passiones de ipso tribuuntur deo ex quibusdam prioribus attributis ipsa quaedam attributa demonstrat, quae ab invicem formaliter ex natura rei vel factum virtualiter distinguuntur, ut immortalitatem ex immaterialitate

ternitatem ex immutabilitate &c. ergo Met. ex omni parte est verè, & propriè scientia, quatenus nimirum est notitia discursiva, & demonstrativa per causam, quæ definita est ab Arist. 1. Post. Et hinc patet ad rationem in oppositum, quia Metaph. non veratur solum circa prima principia, & immediata, sed etiam circa conclusiones ex eis deducibiles, & idè est cognitio discursiva, ac etiam est demonstrativa, quia licet ens non habeat definitionem propriè dictam, habet tamen proprium conceptum quidditativum, & habet causam scilicet virtutalem suarum passionum, quæ causam sufficit ad inducendam propriam demonstrationem, & paritatem veram scientiam, ad quam non semper requiritur propria, & rigorosa ratio causæ, & effectus, ut declaravimus p. 2. Infit. tract. 1. cap. 4.

68. Secundò dubitatur, an sit sapientia, ut Arist. docet 1. Metaph. cap. 2. & ratio dubitandi est, quia sapientia est habitus specie distinctus à scientia ex Arist. 6. Ethic. cap. 3. ubi assignat sex habitus intellectuales specie distinctos, quos declaravimus quæstionem, proem. loq. art. 1. in principio, & præsertim memorat scientiam, & sapientiam, si ergo Metaph. est sapientia, non erit scientia, & hæc de causa, aliquid constanter negant esse scientiam, & volunt esse sapientiam.

Dicendum tamen est Met. esse verè, & propriè sapientiam; neque ob id amittere rationem scientiæ: Ita passim Peripatetici omnes cum Aristot. qui ubique cum appellat scientiam, & adhuc probat esse sapientiam ex eius conditionibus 1. Met. c. 2. Prima sapientie conditio est, quod sit scientia universalis & quantum sicri potest, circa omnia veretur; hæc autem constat ex didis conditionibus Metaph. quia cum speculetur ens, & communes eius affectiones, aliqua ratione cuncta speculatur dicitur. Secunda est, quod veretur circa res difficiles, & 3. sensibus valde remotas, quam etiam satis constat Metaph. convenire, quia est circa universalissimam, & entia abstracta à materia contemplatur vel per essentiam, vel scilicet per indifferentiam, Tertia est, quod sit valde certa cognitio, & hæc convenire Metaph. constat ex quæstione præced. ex 3. eius privilegio. Quartum est, ut sit valde idonea ad docendum, & hæc rursum est competit per quartum munus ibidem explicatum. Quinta est, ut sit gratia sui, & non ordinatur ad aliud, & hæc quidem conditio, cum sit propria scientiæ speculative, quæ præter seipsum appetitur, ut diximus disp. 2. loq. quæstion. 5. speciali adhuc ratione convenit Metaph. quia ratione objecti principalis, scilicet Dei habet, ut alia scientiæ, quodammodo ordinatur ad ipsam, & non ipsa ad alias, ut docet Scot. in prolog. quæst. 9. Metaph. *De causa finali*, unde quævis dicitur ad alias scientias conferre, quatenus confirmatur principia, & objecta; hæc tamen, ait Doctor, non est propria utilitas, prout utile propriè dicitur ordinatum ad finem, quia potius alia omnes ordinantur ad ipsam, ut ad finem, quia ipsa est perfectissima contemplatio, in qua consistit speculativa hominis felicitas, unde dicitur utilis, quatenus illa juvat regit, & ordinat. Sexta tandem conditio sapientiæ est, quod alteri non intersit, vel minuitur; sed potius alij scientiis præsit, & imperet, & hæc quoque conditio Metaph. convenire liquet ex ultimo eius privilegio. quæst. præced. explicato.

69. Deinde ex iplo conceptu sapientie id ipsum probari potest, quia illa scientia proprie est sapientia, quæ intra genus scientiæ cæteris præstat, ac omnibus supereminet; ad Metaph. inter omnes scientias est humilissimi, ergo &c. Probat minor, nam si consideratur ex parte objecti principalis, contemplatur substantias separatas, ac Deum ipsum; si ex parte objecti adæquati, veratur circa universalissimum obiectum, quam cæteræ scientiæ, quæ partem obsequuntur entis considerant, & verantur circa obiectum prædictum ab omni materia, quod non contingit in obiectis aliarum scientiarum, & quæ semper aliquam materiam involunt: si consideretur ex parte principiorum, ex quibus suas deducit conclusiones, sunt magis universalis, ac evidentiæ, quam in alijs omnibus scientiis; nihil ergo Metaph. deficit, quo minus potatur, & decoretur nomine sapientie.

Quod autem hoc non tollat ab ipsa veram quoque rationem scientiæ probatur, quia cum 1. Post. definitur scientia, quod sit cognitio certa, ac evidentiæ alicujus veri, necessarij, & à priori demonstrabilis evidenter deduci per suam causam immediatam, planè non accipitur pro habitu scientiæ à sapientia conditio, sed ut sapientiam quoque comprehendit, quia licet sapientia prima principia contempletur, quatenus valet suas conclusiones in principia absolute primaolvere, adhuc tamen, & ipsa circa conclusiones necessarias veratur per principia absolute prima evidenter deductas, quare horum duorum habituum distinctio non est ex eo petenda, quod habitus scientiæ sit habitus conclusionum à priori demonstrabilium, sapientia vero non, in hoc enim conveniunt, ut diximus; Neque ex eo distingui debent, ut quidam deducunt ex Aristot. 6. Ethic. c. 7. quod scientia est habitus tantum conclusionum, ad sapientiam veratur circa conclusiones, & principia prima, à quibus deducuntur, quasi eminenter continent habitum scientiæ, & intellectus, qui est habitus principiorum, ut inibi Aristot. innuere videtur, & sequitur Tatar. quæstion. 1. Logic. & hic Meuriss. non, inquam, hoc modo scerni debent habitus scientiæ, & sapientie; quia non potest dari idem specie actus, vel habitus attingens simul principia, & conclusiones, ut ostendimus disputat. 11. Logic. quæstion. 2. sed ex eo præcipue distingui debent, ut ibi diximus in solu-

tione ad 1. princ. quod habitus scientiæ veratur circa conclusiones pendentes ex proprijs principijs, & non absolute primis; habitus vero sapientie circa eas conclusiones veratur quæ ex principijs absolute primis deducuntur, unde etiam valet in principijs absolute prima revolvere, ut probè notat Tromb. Metaph. quæstion. 4. Aristot. vero loc. citat. vel loquitur de sapientia universaliter sumpta prout cum Sophia convertitur, quod sentia non est determinatum habitus ab alijs distinctus: vel de sapientia proprie dicta, quatenus habet probare principia aliarum scientiarum, sic enim respectu eorum dici potest habitus intellectus, in hoc itaque sensu dici potest eminenter scientia, & intellectus, formaliter tamen, & propriè est habitus conclusionum ex primis principijs deductarum; hinc patet ad rationem dubitandi num. 68. adductam.

70. Tertio dubitatur, an Metaphysica sit scientia practica, vel speculativa, vel simul utrumque; Nec defuerunt afferentes esse simul practicam, & speculativam, nimirum ex parte, quæ agit de ente, & alijs transcendendis esse speculativam, quia ista sunt formalitates rebus speculabiles; ex ea vero parte, quæ agit de Deo, aliisque intelligentijs esse practicam, quia Deus est obiectum operabile, & practicabile, quatenus circa ipsum actus virtutis exercere possumus, & debemus. Et Suarez disp. 1. Met. sec. 5. inquit quod si de Angelis prout in se sunt, haberi posset naturalis scientia Metaphysica, sed etiam quomodo essent capaces eorum naturam contemplari, ad illam pertinere, non solum ultimi finis sui, & in quo eorum beatitudo consistere, quibus sine medijs ad illam possent pervenire, & talis cognitio utique practica foret, & esset Metaph. quia abstracta à materia secundum esse.

Dicendum tamen est Metaph. esse scientiam merè speculativam ex omni parte, non verò partim practicam, partim speculativam. Est assertum receptum in omni schola, & Aristot. 6. Metaph. cap. 1. ubi Philosophum speculativam dividit in Physicam, Metaphysicam, & Mathematicam, sic etiam docet Doctor 1. Metaphysic. quæst. 7. & 6. Metaph. quæst. 1. cum inquit, esse quod est subiectum Met. esse merè speculabile, dicit quod in quantum hujusmodi non est nata esse notitia directiva operationi practice, & alterius generis speculatione; ita Scot. ibi; & quævis Deum consideret, non tamen descendit ad regulandos actus nostros, quos circa Deum exercere debemus sed hoc relinquit morali Philosopho; & quævis demonstrat Deum esse summè bonum, & nostrum ultimum finem naturalem, non tamen dicitur practice, quo modo, & quibus medijs hic finis possit acquiri, sed modo merè speculativo rationem ultimi finis, & summi boni contemplatur, quatenus talis est in se; Consequenter quævis Theologia, quæ est de Deo, ut de subiecto, sit practica, ut vult Doctor quæst. ultim. prologi, non idè est practica, quia sit de Deo, ut sic, sed quæ veratur circa Deum, ut ultimum finem à nobis acquirendum, & præscribit modum, & media, quibus eum ut finem supernaturalem assequi possumus, & considerat operationes nostras, ut in ultimum finem ordinabiles, adeo quod Theologia supernaturalis, & naturalis non differunt solo lumine; sed rationibus quoque formalibus, & modis, quibus veratur circa Deum, Cum igitur Metaph. agat de primis rerum causis, de primis essentijs, supremè prædicatis situm in simpliciter eorum contemplatione, & ex se ad nullum ordinatur operi, neque physicum, ut medicina; neque mortale, ut Ethica, neque supernaturale, ut Theologia; conclusio enim est esse simpliciter, & absolute speculativam ex omni parte.

71. Deinde si de substantijs separatis haberemus totam Metaph. intellectui nostro possibilem, adhuc ista speculativa foret, & non practica, ut volebat Suarez, quia ex naturalibus nunquam cognoscere possemus Deum esse earum ultimum finem beatificum, & est per beatitudinem ab eis fruibilem, quam proprijs meritis assequi debeant, ut late demonstrat Doctor quæstion. 1. prologi contra Philosophos. Tum quia quando etiam cognosceretur à nobis naturaliter, quicquid ad Angelorum beatitudinem pertinet, ut Suarez vellet videtur, si talis notitia esset practica, non esset Metaphysic. sed potius scientia moralis circa actus angelicos; sicut homo ut constat ex anima, & corpore ad Philosophiam naturalem spectat, sed ejus operationes, quatenus in genere moris dirigibiles attinent ad Moralem. Et parum refert, quod talis notitia circa Angelos abstracta à materia, tum quia falsum est scientias lumere unitatem, vel distinctioem præcisè ex eodem, vel diverso abstractandi modo præcisa ratione formalis obiectiva diversa est disputat. 12. Logic. quæstion. 3. artic. 1. tum quia hæc ratio etiam notitia supernaturalis, quæ nobis tradit sacra Theologia de Angelis circa mysteria gratiæ Metaphysica foret, quia abstracta à materia, tum tandem quia si talis notitia de Angelis habita non differret à notitia, quam modo habemus per diversam abstractionem à materia; differret per differentiam practici, & speculativi, quæ est distinctio major illa, quæ provenit à sola diversitate abstractionis.

Quod autem nequeat esse simul practica, & speculativa constat ex disputat. 12. Logic. quæst. 5. artic. 3. ubi universaliter probavimus nec actum, nec habitum posse simul esse practicum, & speculativum, nam iste utriusque oppositè differentiam actuum, & habituum, quæ contradictoriam inferunt oppositionem, ut docet Doctor. quæst. 4. prolog. art. 2. cognitio enim practica fertur in obiectum, ut operabile, & ex se est directiva operationi speculativa vero

verò ex propria natura respicit obiectum in se, non in ordine ad opus, non est directiva operi, ergo implicat eandem scientiam esse simul practicam, & speculativam, sicut à pari ob eandem rationem repugnat eundem numerum esse simul parum, & imparè, quia ratione etiam probavimus logicam non esse simul practicam, & speculativam q. proem. loq. art. 5.

72. Verum, quævis hæc ratio sit expressè Doctoris loc. cit. q. 4. prologi art. 2. D. ubi inquit divisionem scientiæ per practicum, & speculativum esse veluti divisionem generis per proprias passiones specierum circum scribentes nobis differentias essentielles sicut hic dividitur numeris per par, & impar ac etiam inferius, ubi ex hoc capite arguit contra Gottfred. & D. Thomam Theologiam non esse simul practicam, & speculativam, & adhuc inferius sub lit. V. §. si quis, ubi negat constanter habitum per se speculativum posse esse etiam per se practicum, aut è contra idem habet lit. Ee §. ad rationes pro opinione nihilominus non placet Ponceio disputat. 2. de natura logica quæst. 8. num. 91. quod planè solaminis non parum mihi attulit, qui alias succensebam, quod frequenter hic Auditor nobilium in conclusione conveniens, nostras tamen non recipit probationes, si enim hoc ei liceret facere cum communi Magistro, quare non etiam cum condiscipulo; sed audiamus quomodo solvat hoc Scoticum argumentum, ait quod concludit de quolibet scientia partiali una numero verante circa unum particulare obiectum, non ex parte de scientia totali complectente multas particularis scientias habentes distincta numero, & specie obiecta, quia in hujusmodi scientia; possit una pars dirigere praxim, & alia non dirigere; Neque ex hoc quod adæquate dividitur scientia in practicam, & speculativam, rectè deducitur (inquit) quod una, & eadem scientia utramque rationem participare non possit, quia secundum Thomam sit adæquate, dividitur in decem prædicamenta, & tamen ex hoc non sequitur secundum ipsos, quin identificentur realiter res, quæ ponuntur in diversis prædicamentis, & secundum Scotias potentia rationalis, ut sic adæquate dividitur in memoriam, intellectum, & voluntatem, & tamen non sequitur secundum ipsos, quin intellectus, & voluntas identificentur, ergo quævis scientia adæquate divideretur per practicam, & speculativam, non sequitur quin scientia speculativa, & practica possint identificari realiter, sed fuisse, quod distinguantur formaliter, unde non est divisione præcisè animalis in humanum, & brutum oritur; quod eandem rem non possit esse homo, & brutum, sed oritur ex ratione particulari talis divisionis, quod fiat in membra realiter distincta, vel ex ratione particulari extrinseca, qualis ratio particularis possit negari in divisione propolita, aut in membris ejus; concludit tandem hæc probationem non esse ex puro originali Scotico desumptam, sed ab illa additione, quæ incipit à §. alia opinio tenet eandem conclusionem.

Sed quod hæc probatio sit germana Doctoris, patet ex locis nuper citatis præter eam additionem, & præcipuum hujus rei testimonium est unanimis Scotitarum consensus, qui à toto sæculo nemine discrepant, ut talem, receperunt; neque prima ejus solutio aliquid valet, quia ut ostendimus disput. 12. logic. quæst. 5. art. 3. argumentum urget, nedum de scientia partiali, sed etiam de totali, scientia enim totalis dicitur una ex unitate habitus alicujus quidditatis ut includens, vel virtualiter, vel potentialiter veritatis demonstrabiles de eo, cujus est quidditas, & de inferioribus sub eo contentis, ita ut omnia considerata in totali scientia conveniant in ratione formalis considerandi vel generica, vel specificæ. Tum quia divisio scientiæ in practicam, & speculativam, in qua fundatur argumentum Scoticum, est divisio præsertim scientiæ totalis, & non partialis. Nec etiam altera responsio aliquid soliditatis habet, quicquid enim fit de illis exemplis adductis, num divisiones illæ sint propriæ generis in specie, hoc certum est ex legibus bonæ divisionis assignatis disp. 1. log. q. 5. art. 1. quod membra dividenda habent aliquam inter se oppositionem id est sunt ita inter se distincta, vel ratione, ut non coincident in eo sensu, quod sunt membra dividenda, aut unum non includatur in alio, ergo eo modo, quo practicum, & speculativum dividunt scientiam in communi, non possunt coincidere; nec idem actus, vel habitus potest esse simul practicus, & speculativus. Tum quia divisio scientiæ per practicum, & speculativum petit ex sua ratione fieri per membra realiter, & non tantum formaliter distincta, Probatur, quia scientia sumit esse practicum vel speculativum ex suo formalis obiecto, ut ostendimus est disputat. cit. loq. ex Scot. quæst. 4. prologi; at obiecta scientiarum realiter distinguuntur, ergo dum scientias significat per practicum, & speculativum, ex quoque realiter distinguuntur per tales differentias, & non formaliter tantum.

73. Contra hæc conclusionem solet argui, quia Metaphysic. ordinatur ad bonum moris, ergo est practica; probatur a sumptum, quia ordinatur immediate ad felicitatem, quæ est summum bonum, ordinatur enim ad contemplationem substantiarum abstractarum, in qua consistit felicitas ex 10. Ethic. Tum 3. quia inclinatur ad actus practicos, cum enim docet Deum esse summum bonum, & ultimum finem, insinuat consequenter esse diligendum timendum, colendum, quia hoc debetur ei, quatenus summè bonus, & ultimus finis est. Tum 3. quia Metaphysic. est scientia communis ad scientias practicas, & speculativas, ergo abstracta ab his, & illis, sicut superioribus ab inferioribus. Tum 4. quia ex dictis per sua universalia principia confirmat principia aliarum

scientiarum, quarum aliquæ sunt practicæ, quædam verò speculativæ, ergo principia Metaphysic. debent esse scilicet eminenter utrumque, alioquin inepta forent ad illud munus. Tum 5. scientia practica nobilior est speculativa, quia finis hujus est verum scire, illius verò bonum esse, & hoc est melius illo, cum ergo Metaphysic. sit cæteris nobilior, debet poni practica. Tum 6. quia sicut se habet Theologia ad perficiendum nos in esse supernaturali, sic Metaphysic. ad perficiendum nos in esse naturali, sed Theologia ponitur practica, quia perficit nos per amorem charitatis supernaturalem, ergo pariter Metaphysic. erit practica, quia perficit nos per amorem charitatis supernaturalem, ergo pariter Met. erit practica, quia perficit nos per amorem naturalem. Denum Metaphysic. est aliarum scientiarum ordinativa, & directiva ex dictis quæst. præced. ergo est practica.

Respond. negando assumptum, ad probationem dicimus Metaphysic. ordinari ad felicitatem speculativam, quæ consistit in speculatione substantiarum abstractarum ex Aristot. 10. Ethic. cap. 7. non autem ad felicitatem moralem, & practicam, quæ consistit in operatione secundum virtutem optimam in vita perfecta ex 1. Eth. cap. 7. quia ad hæc ordinatur scientia moralis. Ad 2. probat ad summum Metaph. inclinare ad actus practicos virtualiter, & remotè, non autem formaliter, & proximè, ad conclusionem enim practicam inferendam duæ requiruntur præmissæ, quarum una sit offensiva bonitatis, alia directiva in generali, ut summum bonum est diligendum, Deus est summum bonum, ergo diligendum, major est directiva in generali, & formaliter practica, & pertinet ad scientiam moralem, minor in se est formaliter speculativa, & attinet ad Metaphysic. verum tamen est, quod ut in tali syllogismo assumitur, est virtualiter practica, non repugnat autem unum, & idem esse formaliter speculativum, & virtualiter practicum, sicut aqua calida est formaliter calida, & virtualiter frigida, & vinum virtualiter calidum, & formaliter frigidum. Ad 2. Metaphysic. est communis ad alias scientias, non per prædicacionem, & quod pacto superior dicitur commune inferioribus, sed per applicationem suorum principiorum, eo modo quo logica dicitur scientia communis per applicationem suorum instrumentorum ad alias scientias. Ad 4. præstat illud munus Metaphysic. præsertim declarando simplices terminos, ex quibus constant principia aliarum scientiarum ex didis num. 52. hoc autem est confirmare illa speculativo modo. Ad 5. negatur assumptum cum probatione quoad secundam partem, quia secundum Philosophum scire verum est actus melior, & perfectior, qui in ipso speculativa felicitas consistit, quam præstat Aristoteli felicitati morali lib. 10. Ethicor. capitul. 8. quia ipse non novit felicitatem nostram consistere in clara visione, & fruitione Dei; vide Doctorem quæstion. 4. prologi ad 3. princip. 1. quæstion. Ad 6. Metaphysic. perficit nos in cognitione naturalis Dei, non autem in amore, & dilectione, nisi virtualiter, & remotè, quatenus ex Dei notitia excitatur in ejus amore, vide aliam solutionem apud Fab. 1. Metaph. disp. 15. cap. 1. Ant. Andr. & Zeribum qui. ult. lib. 1. Met. quævis illa sufficit.

74. Ad ult. solet communiter à Scotellis negari consequi, quia actus aliarum scientiarum, quos Metaphysic. dirigit, sunt actus intellectus, nullus autem actus intellectus est praxix ex Doctore quæstion. 4. prolog. ubi non solum definit praxim, quod sit actus alterius potentie ab intellectu, sed occurrit incidenti dubitationi, quod aliqua intellectio possit esse praxis, quia potest à voluntate imperari, & ait non sequi, quod sit praxis, sed solum quod omnis intellectio imperata vel est praxis, vel practica, & hoc secundum concedit. Sed disputat. 12. logic. quæstion. 5. artic. 1. iam ostendimus quod etiam docet Doctor hic 1. Metaphysic. quæstion. 7. quod pacto aliquis actus intellectus à voluntate imperatus possit esse praxis, & quomodo sub hac denominatione non est actus intellectus, ut intellectus est, sed alterius quasi distinctæ potentie, quia sub tali denominatione distinguitur à seipso nudè sumpto, & ibi etiam cum Licheto explicuimus responsum quem asserit Doctor ad illam objectionem, videlicet, quod non loquitur Scotus de omni intellectu imperata; sed de illa, quæ est imperata à voluntate, ut dirigit in praxim, talis enim cognitio à voluntate imperata non est praxis, sed practica, quia non est directæ & regulatæ, sed directivæ, & regulativæ. Quam rursus expostionem, etiam in meam, sed Lichet. rejicit Ponceio cit. disp. 2. log. 2. 80. quia si illa cognitio imperata potest esse praxis, etiam & talis cognitio, nec refert, quod etiam sit practica, quia bene potest esse practica, ut dirigit aliam praxim, & praxim, ut dirigitur ab alia cognitione practica, & ut imperatur à voluntate sequente talem cognitionem, nec ex his denominationibus una potius, quam altera debet ei simpliciter competere. Et idè quia & ipse tenet nobilium actum imperatum intellectus posse esse praxim, ex ponit aliter locum illum, & ait, dum Doctor negavit illa consequi, accepisse praxim in magis rigorosa acceptione, quam communiter accipitur, sic scilicet ut pro tali habendus esset solus ille actus, qui habet secundum se esse alterius potentie ab intellectu, & qui præterea esset vel elicitus, vel imperatus à voluntate, quam conditionem altera si deficeret non esset praxis in illo rigore, prout communis accipitur praxis.

75. Satius tamen erat, quod hic Auditor acquiesceret nobilium expostioni Lich. quam ipse propriam adderet omnino alienam ab intentione Doctoris, facit enim ibi Scotus eam objectionem, ut declararet definitionem praxix, quam immediate supra

attulerat, quod est alius alterius potentia, quam intellectus, naturaliter posterior intelligentia &c. ergo in solutione objectionis praxim capi in eodem rigore, quo eam definiat, nam si caperet in sensu latiori, difficultas non faceret contra illam definitionem; quid plura? Doct. ipse ibidem in ipsa illius difficultatis solutione declarat, quod sensu praxim ibi accipit his verbis: *nam in praxi dicitur sola operatio, ad quam intellectus potest extendi, nullius intellectus est praxim, non ergo aliam acceptionem plenioris praxim cogitabat Doctores, sed semper in eodem sensu, & in eodem rigore loquitur de illa in toto illo articulo; prestat itaque explicationem Licheti recipere a nobis allatam, quam minime infirmam infantiam contra eam facta ab hoc sensu potest esse directa ab alia cognitione, & in hoc sensu dicitur praxim: tamen ut dirediva, & regulativa, non praxim, fed practica omnino dici debet, & sub hac ratione nullatenus denominationem praxim recipere potest. Itaque ad argumentum principale respondendum est, quod utique Metaph. dicit, & ordinat alias scientias, non tamen practico modo, quasi illas ad opus ordinando, & dirigendo, sed speculativo, ut declarat ut numer. 63. nec dirigit ad intellectus, ut imperatos a voluntate, quo pacto subire possunt rationem praxim sed secundum se speculatos, & ut omnino precludunt a voluntatis imperio; vide quo diximus quæst. procem. log. artic. 5. ut ostenderemus logicam non esse practicam, etiam si derivat ad intellectus, & totam illam doctrinam ad rem nostram applicat, pro exacta argumenti solutione, & quæ docet prima Metaphysicorum. quæstion. septima. in corpore, quod potest cognitio intellectiva multipliciter ordinari ad aliud abique eo, quod sit practica; vel tandem ad argumentum dicas cum eodem Doctore in eadem quæstion. ad 2. quod Metaphysica ordinata alias scientias, ut finis ordinat entia ad finem non ut scientia directiva.*

76. Quæro dubitatur, an Metaph. sit scientia subalternans in ordine ad alias; neque illa dubitatio procedit de subalternatione communiter, & improprie dicta, quam vocare solent extrinsecam, quo pacto scientia illa dicitur subalternans, quæ est magis universalis, & aliquando operem offert inferiori; non, inquam; in hoc sensu movetur dubitatio, quia sic exploratum est apud omnes Metaphysicorum dici posse scientiam subalternantem respectu aliarum scientiarum; quia, ut dictum est, Metaph. est scientia universalis, & communissima, quæ speculatur rationes transcendentes omnium entium, principiaque communissima cognoscendi, quæ sunt utilia omnibus scientiis, unde cum ex hoc capite habeat Metaph. quædam præsentiam, & superioritatem supra alias scientias, possunt in hoc sensu dici omnes Metaph. subalternari. Sed dubitatio est de subalternatione proprie dicta, quæ ut colligitur ex Aristot. 1. Post. 43. & 69. & text. 100. & 101. non est aliud, quam dependentia quædam, quæ essentialiter una scientia dependet ab alia secundum rationem scientiæ, itaut ex vi hujus dependentiæ habeat, quod sit scientia, adeo quod si auferatur subalternans, neque amplius subalternata foret propter dependentiam essentialiam hujus ab illa; ad quam proinde subalternationem proprie dictam tres sunt necessariae conditiones secundum communem in omni schola ex Arist. deducit loc. cit. Prima est ut subiectum subalternatæ contineatur sub obiecto subalternantis; altera ut supra illud addat differentiam accidentalem; tertia tandem ut sua principia accipiat a scientia subalternante ad ostendendas proprias conclusiones, quas conditiones assignavimus, & fusc explicavimus dispart. 12. Log. quæst. 4. de subalternatione scientiarum. Nec delectum qui dicant etiam in hoc sensu omnes scientias Metaphysicæ subalternari, ique deducunt ex mure, quod Arist. Metaphysicæ tribuit 1. Phis. 8. & 4. Metaphys. 7. probandi, & confirmandi aliarum scientiarum principia; si enim principia unde alie scientie suas deducunt conclusiones, confirmari habent, atque probari in Metaph. ergo illæ scientie non habent certitudinem, ac evidentiam suorum principiorum in seipsis, sed in superiori scientia, quia Metaphysica talis autem dependentia inter scientias infert subalternationem proprie dictam unam ad aliam; ita tenet Julius Sireus dispart. de subiecto prima Philoſophiæ sect. 2. capitul. 15. cum aliis quibuscumque.

77. Oppositum tamen in omni schola docetur, sed præsertim in nostra, ita significavit Doctores 1. Metaph. quæst. 9. Ant. And. 1. Metaph. quæst. 1. ad 1. princ. & rurſus quæst. 9. in corpore quæst. 1. Zerb. ibid. Faber. 1. Met. dispart. 3. Metaph. quæst. 6. proem. & omnes Thomistæ passim Soto 1. Phis. quæst. 11. Javel. 1. Met. quæst. 9. Suarez dispart. 1. Metaph. sect. 5. numer. 45. Pafcalis dispart. 2. sect. 2. & 3. Averſa quæst. 1. sect. 7. Perer. lib. 2. capitul. 14. & alii passim, & deducit ex dictis locis citatis in Logica de subalternatione scientiarum, proprie namque de subalternatione loquendo illa scientia dicitur alteri subordinari, quæ essentialiter in esse scientiæ ab ea dependet, itaut scientia dici non possit nisi conjungatur scientiæ subalternanti, & ab ea evidentiam suorum principiorum delamat, sed alie scientie habent sua principia per se nota, & evidentia ex dictis numer. 52. quibus intellectus statim per se assentitur sine ope Metaphysicæ talia principia demonstrant, & habet talia evidentiam ex conceptu confuso remittitur, qualis occurrit primo ex sensibilibus, ut notat Doctores 1. dispart. 3. quæst. 2. N. & 6. Metaph. quæst. 1. in fine, ergo Metaph. non est scientia sub-

alternans respectu aliarum, major patet, quia scientia subalternata non habet principia per se nota, & immediata, sed accipit illa a subalternante, cujus sunt conclusiones demonstratæ, ut diximus dispart. cit. Log. quæst. 4. artic. 2. Probat minor, non enim conclusiones Metaphysicæ sunt principia Physicæ, vel Mathematicæ, ut satis de se constat, sed utraque scientia habet principia prima, & immediata sibi propria, quæ a priori nequeunt demonstrari, quod de Mathematicis satis constat, quæ magnam habent evidentiam, ut est illud si ab æqualibus æqualia demas, remanent æqualia, & alia hujusmodi, quæ fundantur in proprio obiecto Mathematicæ; quæ etiam Physicæ demonstrat de corpore, quod fit mobile, per hoc principium evidens, ac immediatum, quia est habens naturam, quæ est principium motus, & quietis.

78. Rurſus probatur, quia est quidam concedat secundum aliquas conditiones subalternationis posse dici alias scientias Metaphysicæ subalternari, re tamen exactius considerata patebit nullam ex adductis conditionibus hic intervenire; prima conditio, quod scilicet obiectum subalternatæ contineatur sub obiecto subalternantis hic non intervenit, non enim hæc conditio fit intelligi debet, quod sufficiat obiectum subalternatæ contineri sub obiecto subalternantis in esse rei; sed contineri debet sub eo in esse scibilis, adeo ut in scientiæ cognitione dependeat ab ipſo itaut conclusiones scientiæ subalternatæ dependeat a subalternante, sic autem non subornantur obiecta Physicæ, & Mathematicæ, obiecto Metaphysicæ, nam ex se propria habent cognoscibilitatem, propriam definitionem, atque ideo in illis scientiis propria fundare possunt prima principia ab aliis in scientia superiori independentia quoad evidentiam sufficientem ad principia; neque hic intervenit secunda conditio, quod scilicet obiectum subalternatæ superaddat obiecto subalternantis differentiam accidentalem, quia Physica addit naturalitatem quæ utique differentia accidentalis non est, fed essentialis; & in Mathematica quantitas non additur immutata enti, fed corpori, unde neque de ipsa verificatur, quod obiecto Metaph. addat differentiam accidentalem. Ut autem hæc conditio proprie habeatur, debet differentia accidentalis superaddita immediatè allicere obiectum subalternantis, ut in Musica sonus numerum. Nec tandem intervenit tertia conditio, quia ut diximus, illæ scientiæ intra suos cancellos habent sua principia prima, & evidentia, ex quibus suas conclusiones demonstrare possunt, sine recurſu ad Metaph. ergo accipiunt proprie, & in rigore conditiones subalternationis, alie scientiæ nequeunt dici Met. subalternatæ.

Hinc patet ad rationem oppositæ sententiæ, quamvis enim Metaph. aliquo modo cofirmet aliarum scientiarum principia, non tamen ea confirmat demonstrando a priori, itaut evadant conclusiones Metaphysicæ, alioquin non essent prima, & immediata, fed tantum confirmat terminos explicando, & per deductionem ad impossibile, ut declarat numer. 52. ad inducendam verò subalternationem proprie dictam necesse est, ut principia scientiæ subalternatæ sint conclusiones subalternantis, & quod non sint prima, neque immediata. Accedit, quod etiam in aliquibus paucis conclusionibus Physicæ v. g. subornaretur Metaphysicæ, non idcirco dici deberet esse subalternata, nam Mathematica causam assignat a priori aliquorum conclusionum, quas medicina docet, ut v. gr. quod vultus circularis difficilis sanatur, quia in figura circulari partes plurimum distant, cum non faciant angulum, nec propterea dicitur sibi Medicina subalternari, hoc enim deberet contingere in omnibus conclusionibus ad inducendam subalternationem, vel saltem ut in pluribus, quod non evenit de cæteris scientiis respectu Metaphysicæ; vide quæ de hoc diximus quæst. procem. Physicæ num. 37.

79. Quinò dubitatur, an Metaphysica sit una scientia, & quomodo; quæst. movetur de Metaphysica ut ab aliis scientiis speculativis distincta, & de unitate non quidem intrinseca, sed formalis, an scilicet sit una simplex habitualis qualitas vel potius multiplex; quia in hoc sensu non est hæc peculiaris difficultas Metaphysicæ, fed conjunctive scientiæ, quæ obiectum illam tradavimus dispart. 12. Log. quæst. 3. artic. 2. fed quæstio est de unitate extrinseca, quam scientiæ habent in ordine ad suum obiectum, à quo essentialiter sumunt, & specificationem, & consequenter etiam unitatem, quam proinde appellant obiectivam, secundum quam inter se essentialiter vel genere, vel specie distinguuntur. Unde rurſus supponit hæc quæstio scientiam totalem, quæ constituitur ex partialibus habitibus plurium conclusionum, non est se unam duntaxat per accidens, & sola unitate aggregationis infert exercitum, vel cumuli lapidum, ut tenent Nominales, quæ Pontius sequi videtur dispart. 2. quæst. 9. concl. 3. & 4. ubi est specialiter de Logica loquatur, tradit tamen communem doctrinam de quacunque scientia totali, quod nullam profusum habeat per se unitatem, & nexum inter habitus partiales, ex quibus conflatur, præter unionem aggregationis, & ordinis; & quamvis concedat, quod totalis scientia ad suum obiectum comparata suscipere possit denominationem unius genere scientiæ, vel specie juxta unitatem genericam, vel specificationem ipsius; hæc tamen denominatio valde impropria est (inquit) cum non faciat ipsam scientiam totalem in se intrinsece esse unam speciem, aut unicum genus. Sed hic dicendi modus de unitate scientiarum; qui est Nominalium jam impugnatus est dispart. cit. Log.

Log. quæst. 3. art. 3. ubi ostendimus in totali scientia admittendam esse majorem unitatem & inter partiales habitus suarum conclusionum majorem hexum, quam sit aggregationis, & ordinis, alioquin non esset major ratio, cur ex omnibus conclusionibus physikalibus constituitur una scientia, quam ex physikalibus & logicis simul. Quod si dicatur plures conclusiones potius in unam classem convenire, quam alias, ob aliquam communem rationem obiectivam in qua conveniant, & in qua velut in fundamento primo fundantur earum veritates proximæ, vel remotæ, ut ipse proficæ fatetur dispart. 22. Log. qu. ult. no. 96. planè hæc unitas est major quam solius aggregationis, & ordinis, & est aliquis per se nexum illarum conclusionum in communi subiecto, quatenus omnes adunantur in eo per virtuale continentiam, vel saltem potentialem, ut Doctores ex professo docet 6. Met. qu. 1. cum omnibus Scotistis, ubi cumque tractant de unitate scientiarum; eo igitur modo, quo obiectum virtualiter, vel potentialiter continet veritates omnes illius scientiæ, cujus est obiectum dicitur scientia una specie, vel potius genere proximo, vel remoto, ut dicebat Aristoteli 1. Post. 25. scientia est unius generis subiecti partes, & passionis habentis.

80. Tres hæc sunt opiniones, quæ extreme, ac una media, prima extrema est Averſa, qui qu. 1. Phil. sec. 6. & qu. 2. sec. 7. contentit Metaphysicam modo traditur a Physica distincta, quæ scilicet agat de ente, & substantiis immaterialibus, nullam profusum habere posse unitatem, nam vel hæc unitas ei obvenerit ex parte obiecti in esse rei, vel saltem in esse scibilis, scilicet ratione consimilis abstractionis a materia: hæc enim sunt præcipua capita, ex quibus unitas in scientiis fieri attendi, primum dici non potest, nisi cum talis unitas confurgit in esse rei ex genere communi; & una specie eius relinquendo aliam speciem, ex animali v. gr. ex homine relinquendo brutum ex quantitate, & quantitate successiva relinquendo permanentem; neque secundum, quia diversa est abstractio entis immaterialis, ac entis in communi a materia, una est realis, alia rationis; una positiva, altera permittiva, una per essentialiam, altera per indifferentiam, tum quia tum Logica esset una scientia cum Metaphysica quia abstracte, sicut illa ab omni materia, & scientia moralis cum naturalis, quia conveniunt in eadem abstractione a materia, scilicet singulari, & non sensibili.

Alia extrema opinio est communis inter Reconciliatos, qui Metaphysicæ attribunt unitatem speciem, inter Suarez dispart. 1. Metaph. sec. 3. & Paqualig. dispart. 1. sec. 1. qui eam tenent, ut sine controversia receptam in omni schola, & probat pluribus rationibus, quæ tamen omnes reducuntur ad istam, quæ est præcipuum hujus sententiæ fundamentum; tantes debet esse unitas scientiæ, quanta est unitas obiecti, à quo derivatur, & cui omnino conveniuntur, unde si unitas obiecti est generica, unitas scientiæ talis erit, unitas autem obiecti Metaphysici est specifica, ergo &c. Major patet, prob. min. unitas obiecti cujuscunque scientiæ, sicut & potentia, non attenditur penes esse materiale ipsius, sed penes rationem aliquam formalem, secundum quam obiectum specificat scientiam, aut potentiam; fit unitas obiecti visibilis attenditur tantum penes rationem formalem coloris, non autem penes talem vel talem speciem coloris; fed talis, vel talis ratio obiecti materialis subalternatur rationi obiectivæ formalis à qua omnes coadunantur in unum obiectum, & proximè cum ratio formalis, quæ coadunat, sit unica tantum, & non multiplex, oportet etiam quod scientia, vel potentia fit una familiariter, cum ergo Metaphysica attingat omnia obiecta partialia, quæ considerat, prout coadunantur in unam tantum rationem formalem, nempe secundum rationem entis, erit una duntaxat unitate specifica. Si dicat hæc rationem formalem obiectivam esse quidem unam, fed genere, quæ postea dividatur in diversas species, & sic Metaphysica proportionaliter ad obiectum erit una genere. Nec impugnat Paqualig. multipliciter, quia in primis nequeunt assignari hæc rationes formales contradictivæ. Tum 2. quia illa ratio formalis, quæ contraheatur ab alia ratione, secundum cujus specificationem a scientia consideratur. Tum 3. quia quæcunque sint hæc rationes contradictivæ, debent esse intra abstractionem obiecti Metaphysici, ergo jam omnes in una specifica ratione scibilis conveniunt tum tandem quia illæ rationes specificæ contraheo communem rationem obiectivam ad speciales considerationes destrudent unitatem scientiæ, & hunc dicendi modum jam pridem ex D. Thom. docuit Flandria 1. Met. qu. 1. art. 4.

81. Tertia sententia media tribuit Metaphysicæ solam unitatem genericam, & quamvis Paqualig. dicat ex gravibus Auctoritatum nominem certum vidisse, qui ex professo hæc opinionem tradat, eam tamen ex illud docet Doctores 6. Met. qu. 1. cum omnibus Scotistis, & talem unitatem generaliter tribuit cujuscunque scientiæ, quæ habet aliquod universale pro adæquato subiecto, ut sunt scientiæ humanitas adinvenit, ita qu. 3. prolog. 55. de secundum dico 1. d. 3. qu. 7. in fine, 3. d. 36. quæst. 1. §. quantum ergo ad istum articulum, & alibi frequenter: Quare cum hæc sententia, neque neganda est Metaphysicæ omnimoda unitas, ut facit Averſa: nec tanta tribuenda, ut faciat cæteri: Quod non fit neganda omnimoda unitas, constat ex dictis quæst. 1. num. 4. contra eundem auctorem, nam utique constituit possunt, atque distinguunt scientias totales, quarum una agat de rebus omnibus corporeis, & materialibus, sensibus subiectis, & alia rurſus quæ

agat de rebus spiritualibus, & a materia abstractis vel per essentialiam, vel saltem per indifferentiam, ut sunt conceptus tractantes, quæ facta distributione utriusque conclusionis, quæ agunt de rebus immaterialibus majorem inter se connexionem, & convenientiam habent, quam alie, quarum aliqua essent de rebus materialibus, & alie de immaterialibus; quæ omnes conveniunt in ordine ad rem non corpoream, nec materialem, unde ratione illius convenientiæ, & connexionis adinvicem possunt omnes reponi in una classe distincta à classe, in qua reponuntur conclusiones de rebus corporeis, & materialibus: Immo in tali classe statui potest unum commune subiectum, in quo veluti in primo fundamento fundentur, & radientur veritates omnium illarum conclusionum, in eoque virtualiter, vel saltem potentialiter continentur, talem autem conclusionum classem appellamus Metaphysicam, & hanc dicimus esse ens, ut ens modo explicato quæst. 2. ergo Met. quam tradidit Arist. & quam præ manibus habemus, non est neganda omnimoda unitas.

Quod verò talis unitas nequeat esse specifica, probatur ex jam dictis dispart. 12. Log. quæst. 3. artic. 2. & 3. Obiecta partialia Metaphysicæ specificæ, & plurimum specie inter se differunt diversis in se partibus de illis ostenduntur, & per diversa media, ut cum de Deo demonstratur indefectibilitas per necessitatem, & de creatura defectibilitas per contingentiam, de substantia in subiecto esse per inalienatam, & radicelem inhærentiam, illæ, inquam, conclusiones, scite illi actus Metaphysici specie inter se differunt, ergo & habitus partiales ex ipsis geniti, consequenter, quia habitus specificantur ab actibus, probatur assumptum, quia ex diversis specie assentiendi rationibus generantur quoque assensus diversis ex dictis ibidem. Conſ. quia potest quis habere habitum circa unam ex dictis conclusionibus, & habere difficultatem circa alias, ergo non est idem habitus specie inclinans ad omnes, antecedens patet experientia, quia in aliqua facultate sæpè quis callet unum tractatum, & non alterum; Prob. conſeq. quando quis per habitum acquiritur facilitatur ad unum actum, & non ad alium, siquidem habitum, quæ inclinatur in unum, specie distinguuntur ab habitu, quæ inclinatur in alium, nam difficultates specie diversæ diversis specie habitibus tolluntur. Demum obiecta partialia scientiarum necdum in esse rei, fed etiam in genere scibilium non se habent, ut numero differentia solum, ergo idem de habitibus dicendum, cum quilibet suam unitatem ab obiecto desumat, probatur assumptum, quia in Physica v. gr. corpora caducum, & cælestia oppositas habet passiones, & per opposita media demonstrabiles, sic Deus, & creatura, substantia, & accidens in Metaphysica, ergo etiam in genere scibilium differunt.

82. Negant Adversarij obiecta partialia Metaphysicæ esse diversa in esse scibilis, nam in omni scientia habent eandem rationem sub qua, attinguntur ab illa scientia, ut verb. grat. in Physica omnia attinguntur sub ratione naturalitatis, & in proposito omnes actus Met. variantur circa sua obiecta, secundum quod abstrahunt ab omni materia; afferunt aliqui exemplum de visibilibus albedinis, & nigredinis, quæ sunt ejusdem speciei, tamen albedo & nigredo specie differant, quia licet disconvenient in esse rei, conveniunt tamen in esse visibilis. Hæc responſio satis ibi impugnat est, quia si per rationem sub qua, intelligantur rationem formalem obiecti, & modum considerandi ipsius, est una tantum genere in genere, non autem specie, ut patet de naturalitate in Physica, quæ genus est ad naturam elementis, mixti, Cælorum &c. fit intelligant abstractionem, præter quam quod saltem est scientiam per se primo specificari ab abstractione, ut dispart. cit. ostensum est quæst. 3. artic. 1. fallum est insuper abstractionem obiectorum Metaph. v. gr. entis, & Dei esse omnino ejusdem rationis specificæ, Deus enim est abstractus per essentialiam, adeo ut ipse repugnet materia, ens verò cum alijs transcendens dicitur abstractum per indifferentiam; & tandem quando etiam assignari posset una ratio specifica sub qua, in omnibus obiectis Metaph. semper urget argumentum, quod si diversas habent difficultates in demonstrandis propriis passionibus, & acquireto habitu circa conclusiones de uno obiecto, adhuc remanet difficultas superanda circa veritates alterius, necessario assignari debent diversi habitus, quæ diversæ specie difficultates tolluntur solum per diversos specie habitus, quæ ratione distinguebamus quæst. procem. Log. artic. 1. logicam docentem, & utentem, ut habitus realiter diversos. Quod autem asseratur exemplum de visibilibus albedinis, & nigredinis est ad oppositum, quia visio albi est similitudo formalis albi non solum sub ratione coloris, sed etiam sub ratione generis, & necdum visio visibilis, fed etiam sic visibilis; albedo enim movet visum digregando, nigredo congregando, fed ergo pariter dicendum est de obiectis partialibus in qualibet scientia totali, quod conveniant in una ratione obiectivæ generice tantum, & non specificæ, præsertim quando habent magis universale pro subiecto, ut est in proposito.

Solent alij respondere, quod licet in scientia totali conclusiones sint diversæ speciei, ac etiam media, quibus probantur, tamen illa principia, & media habent adinvicem quandam naturalem connexionem, & ordinem, ratione cuius unum specie habitus potest circa ea versari. Sed & hæc quoque solutio ibi impugnata est, cum quia major utique connexio, & ordo cernitur inter conclusionem, & principia, ex quibus deducitur, & tamen assensus principiorum, & conclusionum non sunt idem specie habitus; tum quia

si talis connexio, & ordo non impedit diversitatem specificam...

3. Hinc itaque concludimus cum Doctore loc. cit. 6. Met. q. 1. & 4. Met. in expositione...

47. ubi ostendimus, quo pacto ens ut ens, sub se comprehendens...

modum considerandi, sed ulteriorem in eodem genere, sicut ratio...

24. Sexto tandem differere solent de utilitate Metaphysicæ; non defuerunt enim ex obrectatoribus Arist. qui plenis buccis garrulanti...



DISPUTATIO SECVNDA

De Natura entis.



QVIA in Disput. proemiali sufficienter explicata sunt, qua ad naturam Metaphysicam, ut scientia...

Itaque si ens primo modo accipitur scilicet participialiter ex vi participii tempus significantis...

Q U A E S T I O I.

An ens habeat conceptum unum tam formalem, quam obiectivum



QVid sit conceptus formalis, & obiectivus, iam diximus disp. 10. log. q. 2. art. 1. disp. 7. Phyl. q. 7. conceptus enim formalis est ipsa...

unitatem utriusque conceptus. Tertia tandem media admittit in ente unitatem conceptus formalis...

3. Dicendum primo Ens, ut sic, habere in intellectu nostro unum conceptum formalem, qui non repræsentat aliquid ex inferioribus...